

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors ai
cum fonte primo

Qui considerat qualis erit in morte,
semper pauidus erit in operatione;
atque inde in oculis suis quasi
non uiuit, unde ueraciter in oculis sui
conditoris uiuit.

Nil quod transeat appetit,
cunctis uite presentis desideriiis
contradicit, et pene mortuum se
considerat quia moriturum se minime
ignorat. Perfecta enim uita est mortis
imitatio quam dum iusti sollicite
peragunt, culparum laqueos euadunt.

Gregorius libro XII. moralium.

Qui enim considerat qualis erit in morte,
semper fit timidus in operatione;
atque unde in oculis suis iam quasi
non uiuit, inde ueraciter in oculis sui
conditoris uiuit.

Nil quod transeat appetit,
cunctis praesentis uitae desideriiis
contradicit; et paene mortuum se
considerat, quia moriturum minime
ignorat. Perfecta enim uita est mortis
imitatio, quam dum iusti sollicite
peragunt, culparum laqueos euadunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 13,
29 (CCSL 143A, M. Adriaen ed.,
pp.686-7, ll.2-9).